

**LUIGI MIRAGLIA**

## FABVLAE SYRAE

Graecōrum Rōmānōrumque fābulae  
ad ūsum discipulōrum Latīnē nārrātae

Edizioni Accademia

VIVARIUM

NOVUM



ROMA - ANNO MMX

## FABVLAE SYRAE

*Scr̄psit*

Luigi Miraglia

*Adiuvērunt in scribendō*

Ignacio Armella Chávez, Jiří Čepelák, Eduardo Arturo Flores Miranda, Gerardo Froylán Guzmán Ramírez, Alexis Cuauhtémoc Hellmer Villalobos, Omar Pacheco López, Jan Odstrčilík, Patrick Owens, Pedro Emilio Rivera Díaz, Özséb Áron Tóth

*Recēnsuērunt*

Roberto Carfagni, Jiří Čepelák, Gerardo Froylán Guzmán Ramírez

*In pāginās dīgessit*

Sergio Scala

*Imāginēs sēlēgērunt*

Eduardo Arturo Flores Miranda, Gerardo Froylán Guzmán Ramírez,  
Rogério Matsumoto Figueiredo, Horacio Heredia Vázquez

© Edizioni Accademia *Vivarium novum* 2010.

Via Corrado Barbagallo, 20, I-00166 Roma.

Tel. (+39) 06 66589833 - 06 6689034

Fax (+39) 06 61007266

[www.vivariumnovum.it](http://www.vivariumnovum.it)

[info@vivariumnovum.it](mailto:info@vivariumnovum.it)

Omnia proprietatis iūra reservantur

Stampato in Ungheria - *Printed in Hungary*

ISBN 978-88-95611-29-7



Le Edizioni Accademia *Vivarium novum* garantiscono che questo libro recepisce quanto previsto in merito alle caratteristiche tecniche e tecnologiche dell'art. 15, comma 3, lettera a) e b) (Legge 6 agosto 2008, n. 133 e DM 41/09). Si impegnano inoltre a mantenere invariati i contenuti per cinque anni fatta eccezione per la pubblicazione di eventuali appendici online (art. 5, Legge 169/2008).

---

È assolutamente vietata la riproduzione totale o parziale di questa pubblicazione, così come la sua trasmissione sotto qualsiasi forma e con qualunque mezzo, anche attraverso fotocopie, senza l'autorizzazione scritta delle Edizioni Accademia *Vivarium novum*.

---

Kinizsi Nyomda - Debrecen

# RES QVAE HOC LIBRO CONTINENTVR

PRAEFATIO	<i>pāg.</i>	5	
AD CAPITVLVM XXVI	7	AD CAPITVLVM XXXI	<i>pāg.</i> 65
1. PYGMALION	7	1. DEVCALION ET PYRRHA	65
2. VIRGINIA	8	2. PROMETHEVS	68
3. EUROPA	9	3. CENTAVROMACHIA	71
4. CORNELIA	11	4. TANTALVS	72
5. TARPEIA	12	5. CADMVS	75
AD CAPITVLVM XXVII	13	AD CAPITVLVM XXXII	81
1. MINOS	13	1. DAPHNE	81
2. LATONA	14	2. ARACHNE	83
3. PHRIXVS ET HELLE	17	3. Io	86
4. COMATAS	19	4. BAVCIS ET PHILEMON	89
5. CORONIS	20	5. CALLISTO ET ARCAS	92
AD CAPITVLVM XXVIII	23	AD CAPITVLVM XXXIII	97
1. ATALANTA	23	1. BELLEROPHON	97
2. VETVRIA	26	2. GAIVS MVCIVS SCAEVOLA	99
3. NAVSICAA	28	3. LAOMEDON ET HESIONE	101
4. CYPARISSVS	30	4. ANDROMEDA	103
5. ALCESTIS	33	5. ADONIS	105
AD CAPITVLUM XXIX	35	AD CAPITVLUM XXXIV	109
1. ORPHEVS ET EVRIDICE	35	1. APOLLO ET HYACINTHVS	109
2. CERES ET PROSERPINA	38	2. NARCISSVS ET ECHO	112
3. ARETHVSA	43	3. POMONA ET VERTVMNVS	118
4. PANDORA	46	4. PHAETON	124
5. NIOBE	48	5. ACTAEON	133
AD CAPITVLUM XXX	53	INDEX NOMINVM	137
1. POLYPHEMVVS ET GALATEA	53	INDEX VOCABVLORVM	140
2. GLAVCVS	54		
3. CEYX ET ALCYONE	57		
4. HORATIUS COCLLES	60		
5. GANYMEDES	63		

## NOTAE

=	idem atque	<i>Gr</i>	Graecē
:	id est	<i>imperf</i>	imperfectum
↔	contrārium	<i>ind</i>	indicātīvus
<	factum/ortum est	<i>indēcl</i>	nōn dēclīnātur
/	sīve	<i>m</i>	masculīnum
+	cum, atque, additur	<i>n</i>	neutrūm
<i>abl</i>	ablātīvus	<i>nōm</i>	nōminātīvus
<i>acc</i>	accūsātīvus	<i>pāg.</i>	pāgina
<i>adi</i>	adiectīvum	<i>part</i>	participium
<i>adv</i>	adverbium	<i>pass</i>	passīvum
<i>coni</i>	coniūncīvus	<i>perf</i>	perfectum
<i>dat</i>	datīvus	<i>pl</i>	plūrālis
<i>dēcl</i>	dēclīnātiō	<i>praes</i>	praesēns
<i>dēp</i>	dēpōnēns	<i>prp</i>	praepositiō
<i>f</i>	fēminīnum	<i>sg</i>	singulāris
<i>fut</i>	futūrum	<i>sup</i>	superlātīvus
<i>gen</i>	genetīvus	<i>voc</i>	vocātīvus

Ad pāginārum latera explānantur vocābula quae nōn reperiuntur in capitulīs librī cui titulus est FAMILIA ROMANA. Sī forte eadem vocābula in variīs fābulīs inveniantur, iterum iterumque explānantur, ut singulae fābulae per sē legī possint.

## PRAEFATIO

Quintus: “Narrā nōbīs aliquam fābulam, Syra; nam tam  
bene sīve Graecās sīve Rōmānās fābulās nārrāre solēs,  
quae nōs multum dēlectant! Nēque in hortō lūdere possumus,  
quia, subitā tempestāte ortā, etiam nunc pluere nōn dēsinit.  
Nē avēs quidem audiuntur, quae, imbre et fulguribus territae,  
inter arborum folia et rāmōs sē occultant.

Syra, quae bona et proba ancilla est: “Libenter” inquit “vōbīs  
fābulās nārrābō: tū vērō, Marce, cōnsīde iūxtā mē et silēns  
audī; tū, Iūlia, relinque pilam, et hūc venī, ad latus meum lae-  
vum. Sī bonī et probī eritis, neque silentium clāmōribus vel  
tumultū et strepitū rumpētis, multās et pulchrās fābulās nōn  
sōlum hodiē, sed etiam cotīdiē ā mē audiētis.”

\*\*\*

Hōc librō fābulae continentur, quās Syra līberīs Iūliī et Ae-  
miliae nārrāre solet. Iūlia, Marcus et Quīntus valdē hīs fābu-  
līs dēlectantur. Spērāmus igitur vōs quoque, quī eās lectūrī  
estis, hīs Graecīs Rōmānīsque fābulīs dēlectārī posse. Quae  
certē ūtilēs erunt: nam quī hās pāginās leget, nōn modo rēs  
grammaticās et vocābula Latīna, quae in capitulīs XXV-  
XXXIV librī, cui titulus est FAMILIA ROMANA, iam cognōvit,  
certius discet ac memōria retinēbit, sed etiam nōn pauca  
verba alia facile discere poterit.

pluere = imber fierī; pluit = imber dē caelō  
cadit

libenter *adv* = magnō cum gaudiō

ūtilis -e = bonus ad ūtendum

memōria -ae *f*



*Dum Atalanta consistit malum capiendi causa, Hippomenes ad metam currit*

Atalanta, die jenseitig der Mutterwelt geboren, war von Natur aus sehr schön und von großer Stärke. Sie war einst eine Jägerin und übertraf alle Männer in Geschick und Mut. Ein Tag, als sie auf einer Jagd war, sah sie einen kleinen Jungen, der auf dem Rücken eines kleinen Esels saß. Sie fragte ihn, was er da mache, und er antwortete: „Ich will zu meinem Vater, der in der Stadt ist.“ Da sie es für schändlich hielt, dass ein kleiner Junge auf einem Esel reite, nahm sie den Jungen auf den Rücken und brachte ihn zu seinem Vater. Der Vater war sehr dankbar und versprach ihr, dass sie alles haben werde, was sie wünschte. Atalanta verlangte jedoch nur einen Ehemann, der ebenso stark sei wie sie selbst. Dieser Wunsch wurde erfüllt, und sie wurde mit dem Prinzen von Athen verheiratet.

## AD CAPITVLVM XXVIII

### 1. Atalanta

Atalanta -ae f

uxōrem dūcere = uxōrem suam facere

pretiōsus -a -um = magnī pretiī



vīnum in pōculum funditur

petere = postulare (cupide)

cēna = cibus quī circiter hōrā nōnā vel decimā sūmitur

fundere fūdisse fūsum

bibere bibisse

ap-pōnere -posuisse -positum (&lt; ad-

mātrimōnium -ī n: in mātrimōnium dūcere = uxōrem suam facere

arcessere -īvisse

idōneus -a -um = conveniēns

ultimus -a -um ↔ prīmus

pōnere posuisse positum

**F**uit oīlī pulcherrima puella, nōmine Atalanta, cui plūrimī virī, quī eam ita amābant ut uxōrem dūcere vellent, multa et pretiōsissima dōna ex variīs orbis terrārum partibus ferre solēbant. Atalanta autem nūllum ex illīs virīs amābat nec dōna eōrum accipere volēbat; quī vērō, cupidī eam uxōrem dūcendī, iterum iterumque salūtātum adībant eiusque pulchritūdinem verbīs magnificīs laudābant. Hoc igitur cōnsilium eōs dīmittendī causā excōgitāvit: virōs omnēs, quī eam uxōrem petēbant, ad cēnam apud sē vocāvit.

Postquam omnēs adfuērunt, servī vīnum in pōcula fūdērunt, quod virī, quī parātī erant ad audiendum, cupidē bibērunt. Dum vērō cibum in mensā appositum sūmunt, Atalanta “O virī,” inquit, “ūsque ad hunc diem nūllum marītum habēre volū, neque quisquam efficere potuit ut mē uxōrem dūceret nōlentem. Nōn ignōrātis tamen mē tam celerem esse in currēndō ut nēmō umquam mē currentem adhūc cōsequī posset. Sī igitur mē in mātrimōnium dūcere cupitis, parātī estōte ad currēndum: ita currīte ut mē vincātis, sī potestis! Sīn vērō ipsa vincam, continuō faciam ut interficiāmī!”

Haec verba locūta, servōs arcessīvit, quī locum ad currēndum idōneum ostendērunt, cuius in ultimā parte duo saxa magna posuerant. Omnēs valdē timēbant: nam, etsī bene artem currēndī didicerant, sciēbant Atalantam ventō celerius currere, neque facile vincī posse; eius tamen pulchritūdine captī, ac spērantēs sē, diīs iuvantibus, eam uxōrem dūctūrōs esse, quamquam perterritī, currēndō vincere cōnārī voluērunt.

Hippomenēs -ae m Gr (acc -ēn, voc -ē)


iuvenis -īs m = vir circiter XXX annōrum



intereā = interim | currere cucurrisse  
mēta -ae f : saxum, quō fīnis currēndi  
significātur

corōna -ae f  
vincere vīcissee victum | hominēs victī  
horrendus -a -um = terribilis

victor -ōris m = quī vīcit



Sedēbat haud procul ab eō locō atque forte, ab altō colle  
prōspiciēns, virōs illōs ad currēndū parātōs spectābat  
adulēscēns nōmine Hippomenēs, quī, cupidus eōs propius  
aspiciendī, sine morā ad campum accessit quō omnēs 30  
currēndī causā convēnerant.

Postquam autem audīvit complūrēs ex illīs adulēscēntibus  
ad mortē certam īre, “Nimis magnum” inquit, “est huius  
amōris pretium! Temerāriī mihi hī omnēs iuvenēs videntur  
esse, sī vēra sunt, quae dē Atalantae celeritāte nārrantur!” 35

Cum prīmū vērō pulcherrimam puellae faciem et  
fōrmōsissimum corpus, positā veste, vīdit, tam multū eam  
amāre coepit, ut spērāret nēminem currēndō eam cōsequī  
posse: ipse enim volēbat eius coniūnx fierī: nam eī pulcher-  
rima esse vidēbātur omnū fēminārum, quās umquam 40  
vīderat.

Postquam servus tubā signū proficīscendī dedit, omnēs  
celeriter currere coepērunt: ante omnēs, sagittā celerior,  
currēbat Atalanta; cēterī vērō, cōnātī eam cōsequī atque per  
longū spatium secūtī, tandem ita currēndō fessī fuērunt, ut  
alius post alium cōsisterent et victōs sē esse fatērentur: ex iīs  
complūrēs multīs cum lacrimīs maerēbant; nam sciēbant sē  
ad certam mortē missū īrī. 45

Atalanta intereā tam celeriter cucurrit ad mētam, quō prīma  
pervēnit, ut ālae in pedibus eius esse vidērentur. Eius caput  
corōnā cingitur; victī sine morā interficiuntur. At quamquam  
iī ad horrendam necem missī erant, Hippomenēs sine timōre  
mortis in cōspectum puellae vēnit et “Cūr” inquit “facilem  
glōriam quaeris vincēndō dēbilēs virōs? Mē vincere cōnāre!  
Sī victor erō, nōn dolēbis quod ā tantō tamque fortī virō  
superāris.” 55

Eum haec dīcentem Atalanta intuēbātur: quae, cum  
prīmū eum cōspexit, ā tam pulchrō adulēscēnte sē victum  
īrī spērāvit et “Quī deus” inquit “tam saevē cupit istum  
perdere, ut eum cōgat mē uxōrem petere vītae perīculō?  
Discēde dum potes, puer, et vītam servā! Omnēs puellae  
cupient tē marītum habēre! Cūr tamen sī dē tuā mortē cōgitō  
animus meus ita turbātur, tot virīs iam ante occīsīs? Ah, miser 60

Hippomenē! Dignus erās vitā. Unus erās, cuius uxor fierī poteram!"

Ita loquēbātur, nec intellegēbat sē illum puerum iam amāre coepisse. Eī igitur persuādēre cōnābātur, nē temerārius esset nēve vītam āmitteret. Cīvēs vērō et ipse Atalantae pater cursūs quī solēbant fierī poscēbant, neque moram patiēbantur.

Hippomenēs igitur Venerem, amōris deam, invocāvit : "Ō Venus, adiuvā mē, et amōrem, quem tū dedistī, dēfende!"

Audīvit Venus haec verba, quae ventus ūsque ad eius aurēs tulit; sine morā igitur ad auxilium ferendum dēscendit ex Olympō et ad Hippomenem accessit; neque tamen quisquam aliis eam vidēre poterat nisi Hippomenēs ipse. Cui dea tria māla aurea dedit et "Hīc sunt" inquit "tria aurea māla. Dum curris, iace prīmum mālum, deinde alterum, postrēmō tertium. Nōlī timēre! Ego, Venus, tibi auxilium feram!"

Tubae signum dedērunt: Atalanta et Hippomenēs tam vēlōciter currere coepērunt, ut eōrum pedēs vix terram tangere vidērentur. Cīvēs clāmābant: "Nunc, nunc, properā, Hippomenē! Pelle morās: vincēs!" Tum Hippomenēs ūnum ē tribus mālīs prōmpsīt et iēcit. Puella ita mīrāta est, ut, cupida aureum mālum sūmendī, brevem moram faceret. Hippomenēs eam praeteriit; at illa post brevem moram iterum puerum post terga relīquit. Quī rūrsus mālum iēcit; puella autem, ut illud tolleret iterum brevī cōnstituit; continuō vērō Hippomenēn cōnsecūta est.

Postrēma cursūs pars restābat; Hippomenēs "Nunc" ait "adiuvā mē, ō Venus, quae haec mihi dōna dedistī!" et tertium iēcit mālum. Puella dubitāre vīsa est; at posteā cōnstituit mālum capiendī causā: Hippomenēs ad mētam cucurrit, quam prīmus cōnsecūtus est. Victor nōn modo vītam servāvit, sed etiam Atalantam uxōrem dūcere potuit.

ā-mittere ↔ accipere  
cursus -ūs m < currere

ad-iuvāre = iuvāre

Olympus -i m = mōns Graeciae, ubi dei habitant

vēlōciter = celeriter  
properāre = celeriter īre  
pelle moram : nōlī cōsistere  
  
praeter-īre -īvisse/-iisse -itum  
relinquere -līquisse -lictum  
brevī (tempore)  
cōsistere -stīsse

re-stāre : reliquus esse

Veturia -ae f

Volscī -ōrum m pl: hominēs quīdam quī  
Latium incolēbant  
Coriolī -ōrum m pl: urbs Volscōrum

**V**eturia fuit māter Gāīī Marciī, prūdentissimī ac fortissimī virī, quī, postquam Rōmānōrum exercitum contrā Volscōs dūxerat et Coriolōs, māximam eōrum urbem, expugnāverat, 'Coriolānus' ā cīvibus suīs appellātus erat. Ob